



ORATIO

PRO

INSTAURANDO ANNUATIM,

UT MORIS EST;

PUBLICO STUDIORUM CURRICULO,

HABITA

IN REGIA DIVI MARCI ACADEMIA

A

D. DIONISIO CERDAN DE
*Landa, Simon Pontero, Encalada,
Recavarren, Pardo de Figueroa.*

CAROLINI ALUMNO CONVICTORII,

DIE 2. MAIJ ANN. M.DCCXCI,

LIMÆ: TYPIS HORPHANORUM.

„ Opus non est tanto instrumen-
„ to in optimis artibus compa-
„ randis , tanto concursu hones-
„ tissimorum studiorum , si ea
„ nullam ad aliam rem, nisi ad
„ voluptatem conquiruntur. Ad
„ altiora quædam , et magnifi-
„ centiora nati sumus „

Cicero. Libr. 2. de finib. bo-
nor. et malor.

EXCELENTISIMO ADMODUM VIRO ;
ET OMNIBUS ABSOLUTO NUMERIS

D. D. FR. FRANCISCO
GIL DE TABOADA LEMOS VILLAMARIN,

CATHOLICÆ MAIESTATIS

À SUPREMIS BELLI CONSILIIS,
IN SACRA MELITENSIVM EQUITVM ORDINE,
COMENDATORI MERITISSIMO,

REGIÆ CLASIS LEGATO PROBATISSIMO ;
PERUBII AC CHILII REGNORVM
GENERALI UDCUNQUE DUCI,

PRO REGI CUMULATISSIMO,

LIMANI SENATUS PRÆSIDI

APPRIME EXCULTO,

I N

PERPETVVM REVERENTIÆ MONIMENTVM,

GRATITVDINISQVE

PRO AMORE, QVO ARDET,

PRINCEPS ADEO SAPIENS,

ERGA

LITTERAS, HARVMQVE CULTORES,

DIONISIUS CERDAN ENCALADA,

AMBROSI SENATORIS FILIVS.

D.

O.

C.

QUod accidere illis plerumque solet, qui in pratum ingressi, multasque rosas, violas multas, ac lilia, aliosque varios flores intuiti, ambigunt quem primo loco, quem secundo perspiciant, dum singuli flores oculos ad se rapiunt, eodem item modo ipsemet afficior; Auditores colendissimi; cum enim hocce vocat tempus ad commendandas regie istius Academiæ Instituti utilitates, perturbatur animus in tanta quæ circumfluit undique laudum copia, hæsitatque quid primum, quid secundum, quid tertium dicere aggrediatur: Quia autem nactam in præsentì Spartam exornare meum est, nulla alia accomodationi via utendum duxi, quam si diversa, quibus in perillustri hac Schola patet aditus, studia, non utilia solummodò, sed apprimè etiam necessaria ad capessendam verè sapientiam ostendantur. Hinc, aliisque de causis ex commendatione ipsa eruendis fiet absque dubio, ut majorem illis, si fieri possit, operam navare studeatis. Quàm maximè idcirco, totoque animo intentos esse vos cupio; quin hoc mihi vendicem, ut reconditum aliquid me traditurum putem; quini-

SEgun suele por lo comun acaecer á aquellos, que entrando á un Jardin, al ver multitud de rosas, violetas, azucenas, y otras varias flores, dudan á qual han de mirar primeramente, á qual despues, mientras que cada una de ellas arrebatá á si sus ojos: en igual situacion me encuentro Yo ahora, ó muy respetables oyentes. Pues quando requiere el presente tiempo se recomiende la utilidad del Instituto de esta Real Universidad, se perturba el animo en tan grande abundancia de elogios como rodéa por todas partes, y vacila sobre el órden con que se deba emprender su alabanza: Mas debiendo desempeñar el cargo que se me ha confiado en la actualidad, no he creido poder usar de medio mas oportuno, que el de manifestar, que las diversas facultades, á que está franco el estudio en esta Ilustre Escuela, no son útiles solo, sino esencialmente necesarias, para grangear verdaderamente la Sabiduría. De aqui, y de otras causas derivables de la recomendacion misma resultará sin duda, el que procureis ácia ellas mayor dedicacion si fuere posible. Asi deseo esteis sumamente atentos, sin que Yo me atribuya alguna produccion singular ;
an-

quinimō causam mehercle vobis notam; et undequaque dignissimam sum prosecuturus.

Si oculos imprimis injicimus ad Sacrae Scripturae studium, quod sectatur alma Doctrinae Perubianae Patens Limana Civitas, pretium hujus studii esse hominem, qui non videat, arbitror neminem.

Manus sane non est amovenda, ut pro virili sacrorum Librorum scrutatio accendatur, tum in Ecclesiasticis viris, tum in ceteris omnibus, qui Catholicam profitentur Religionem, neque illud pallio tenus, ut ajunt, sed ut quisque juxta captum suum totis viribus in illud incumbat, eas explanando difficultates, quae plerosque ab hoc deterrent studio.

In assidua Sacrorum Codicum contemplatione versati sunt Prophetae Sancti, et sanctissimi quique viri veteris testamenti. Haec sapientium erat sapientia, lucerna, robur, voluptas, solatium; haec scientia Eruditorum, Domini Legem scrutari, atque ipsius dictis audientes esse, ac obedire.

Vete-

antes por el contrario ha de tratar una materia de vosotros muy sabida, y por todos respectos muy digna.

Si ponemos en primer lugar los ojos en el estudio de la Sagrada Escritura, que profesa la Capital Lima, Madre fecunda de la Sabiduría Peruana, no creo se encuentre quien no reconozca la importancia de semejante Estudio.

No debe en realidad omitirse diligencia, á fin de que hasta lo posible se inflame la incubacion sobre los Libros Sagrados, asi en los varones Eclesiásticos, como en todos los demas que profesan la Religion Católica, y no por encima de la ropa, como suele decirse, sino dedicándose cada uno segun su capacidad con todas sus fuerzas, allanando aquellas dificultades, que arredran á los mas para este Estudio.

En la contemplacion incesante de los Sagrados Libros se emplearon los Profetas Santos, y todos los Santísimos Varones del antiguo Testamento. Esta era la Sabiduría de los Sabios, la antorcha, la fortaleza, el deleite, el consuelo: Esta la ciencia de los Eruditos, indagar la Ley del Señor, oír, y obedecer sus palabras.

Los

Veteres Ecclesiae Patres, ac primævi
Sanctissimæ Religionis nostræ Theologi, vel tan-
tummodò, vel præcipuè saltem, operam Divi-
nis navabant Scripturis, eoque intendebant ani-
mum, ut clarius eas intelligerent, verosque in-
venirent sensus.

Hujus generis erant Sacrosanctæ Religio-
nis Apologistæ, veteresque Ecclesiae Doctores,
viri spiritu pollentes et verbo, atque studiis Scrip-
turarum apprime exculti, quarum adepti scien-
tiam, eadem veluti gladio ancipiti utebantur, ut
quidquid obsisteret veritati diruerent, et scele-
ra ac infidelitatem everterent.

Patres dein, qui tranquillis ad nos us-
que vixere temporibus, ubi Christiana Religio
præ cæteris longe emicuit, haud minori Sacro-
rum Librorum studio abrepti sunt, summo dis-
cendi ardore elaborantes, ut sese Divinæ Scrip-
turæ sententiis imbuerent; unde ipsi et viva voce,
et

Los antiguos Padres de la Iglesia , y los primitivos Teólogos de nuestra Religion sacrosanta estaban dedicados, ó solamente, ó al menos con especialidad, á las Divinas Escrituras , y empleaban toda su atencion en entenderlas con mayor claridad , y en hallar su verdadero sentido.

De esta clase eran los Apologistas de la Religion Católica , y los Doctores antiguos de la Iglesia , Varones poderosos por su espíritu y palabra , y sumamente versados en el estudio de las Escrituras , de cuya ciencia adquirida usaban como de una espada de dos filos , para aniquilar todo quanto hiciese frente á la verdad , y para deshacer los vicios , y la infidelidad.

Sucesivamente los Padres Santos, que han vivido hasta nosotros en los tranquilos tiempos , en que logró una mas dilatada superioridad de brillantez la Religion Christiana , fueron arrebatados de no menor estudio en los Sagrados Libros , fatigándose , segun su anhelo summo de aprender , por empaparse en las sentencias de la Divina Escritura , de donde provino , que la explicasen á viva voz ,

B

y

et scriptis illam explicarunt, commentarios, Regulasque quasdam ad optimum ejusdem intellectum ediderunt, atque, ut uno omnia verbo complectar, nil intentatum reliquere, quominus Fideles eâ afflarentur reverentiâ et amore, quibus ipsi afficiebantur, Sacras erga Litteras, quarum meditatio signum prædestinationis præbet assiduis cultoribus, juxta Divi Bernardi sententiam.

Venerabilibus adeo insistentia vestigiis regiae hujus Academiæ Instituta, Scripturæ Sanctæ Doctrinam stabilire, ubi coeleste spargitur eloquium, ut succus ille spiritualis cibi in omnes se venas animæ diffundat: ut mentis oculis opponatur quasi quoddam speculum, in quo interna facies nostra videatur; ut perlustretur, adeaturque Schola cælica, eruditio vitalis, veritatis auditorium, sermo lampalis, salus sauciati cordis, fatus interioris hominis, occultarum lingua virtutum; Disciplina omnibus aliis quæcumque dulcior et avidior, quæ discipulos occupat sensibus fructuosis, non inanum lenocinatione verborum; ubi quidquid docetur, veritas, quidquid præcipitur, bonitas, quidquid pro-

y por escrito, y diesen á luz varios Comentarios, y reglas para su mas acertada inteligencia, y para decirlo en una palabra, no omitieron medio alguno, para que los Fieles se viesen poseídos de su mismo respeto, y amor á las Sagradas Letras, cuya meditacion da señal de predestinados á sus continuos Profesores, segun el sentir de San Bernardo.

Siguiendo tan respetables huellas los Estatutos de esta Real Universidad, han establecido la enseñanza de la Santa Escritura, donde se esparce la celestial eloquencia, para que el jugo del espiritual alimento se difunda por todas las venas del Alma: para que se presente á los ojos de la mente como un espejo en que se vea nuestro interno semblante: para que se visite y frecuente la Escuela del Cielo, la Erudicion vital, la Cátedra de la verdad, la conversacion luminosa, la salud del corazon llagado, el Panal del hombre interior, la lengua de las virtudes ocultas: Enseñanza la mas dulce y codiciable sobre otra qualquiera, que ocupa á los Discipulos con inteligencias fructuosas, no con el alhago de vanas voces; en la qual es verdad quanto se ensena, bondad, quan-

promittitur, felicitas: Veritas sine fallacia, bonitas sine malitia, felicitas sine miseria.

In longum nimis abiret oratio, si omnia vellem, ut sunt, recensere singula, in laudem studii Scripturae Sacrosanctae, quod per semetipsum commendatur satis abunde.

Nec minori consulendum est brevitati, cum ad ipsum sapientiae vestigium ascendo, in gravissima Theologorum corona, prout est Scholae istius Institutum, considens libentissime; Etsi enim veterum Socraticae Disciplinae Philosophorum Doctrina, Christianis Legibus castigata, in Theologicam messem adscita sit; Theologia tamen, et ineluctabilis objecti nobilitate, et scopi altitudine dignior praeter ceteris omnibus quibuscumque Scientiis, in vehementi sublimiorum rerum contemplatione posita est, quae hominem totum occupat, et à terra quodammodo abripit, fons, ac scaturigo inexhausta omnis Sapientiae.

Disciplina haec est revera augustissima: ipsummet hoc Theologiae nomen sonat aliquid divi-

quanto se manda , felicidad quando se promete : verdad sin falácia , bondad sin malicia , felicidad sin miseria.

Sería la Oracion nimiamente difusa , si pretendiese Yo puntualizar todo lo que ocurre en elogio del estudio de la Sagrada Escritura , que por si mismo se recomienda harto sobradamente.

Ni debo consultar á menor brevedad , quando subo á la cumbre misma de la Sabiduría , deteniendome gustosísimo en el venerable Solio de los Teólogos segun el Instituto de esta Escuela : pues aunque la Doctrina de los antiguos Filósofos de la Escuela Socrática , castigada con las Leyes Christianas se haya computado entre las nociones Teológicas ; la Teología sin embargo , la mas digna entre todas qualesquiera otras Ciencias asi por la nobleza de su incontrastable objeto , como por la alteza de su fin , se fixa en la vehemente contemplacion de las cosas mas sublimes , que ocupa al hombre todo , lo absorbe , y lo arrebatá en cierto modo de la tierra : fuente , y manantial inagorable de toda Sabiduría.

Esta Ciencia es realmente augustísima : El nombre mismo de Teología suena algo
divi-

divinum : parietes Scholæ hujus Sanctissimis verbis quotidie perculsi religiosa multa animo ac prope oculis obijciunt : Nec aliò tendunt Lectiones , studiaque assidua de Summo Deo , de Trinitate Personarum , Numinisque Unitate , de divinis Legibus , de Superis atque Inferis ; de Angelis ac malignis Spiritibus ; de vitiis ac virtutibus ; de animarum immortalitate , Sacrorum Librorum sensu , Patrum Doctorumque sententiis , de Dogmatibus , ac Ecclesiæ Legibus ; morum regulis , Sacramentisque ; de alterius vitæ præmiis ac pœnis , de aliisque omnibus , quæ Theologos occupant , voce viva vel scriptis difficiliores Religionis Christianæ articulos pertractantes , obscurioresque diluentes , enucleationi plane ac subtili modo docendi , amandatis procul , aut missis præter , nugatoris quæstiunculis , ad exercenda solummodo , ac torquenda ingenia excogitatis inutiliter.

Disciplina hæc etiam est , Auditores examini , cujus mysterium ex fide juxta Basilii Magni
sen-

divino. Las Paredes de esta Escuela pulsadas diariamente con santísimas palabras presentan muchas cosas religiosas al animo, y casi á los ojos: Ni á otro fin se encaminan las Lecciones, y exercicios continuos sobre el Summo Dios, la Trinidad de Personas, y una sola Divinidad: sobre las Divinas Leyes, el Cielo, el Infierno, los Angeles, y malignos espíritus; sobre los vicios, y las virtudes, la inmortalidad de las Almas, el sentido de los Sagrados Libros, las Sentencias de los Padres y Doctores, los Dogmas, y Leyes de la Iglesia, las reglas de las costumbres, y los Sacramentos, los premios, y castigos de la otra vida, y todos los demas puntos, que entretienen á los Teólogos, al tratar de palabra ó por escrito los mas difíciles artículos de la Religion Christiana, y desentrañar los mas oscuros, con un método de enseñanza mas manifiesto, y sutil, desterradas enteramente, si omitidas las questioncillas ridículas, inventadas inutilmente solo para exercitar, y poner en tortura los ingénios.

Esta es tambien la ciencia, oyentes esclarecidos, cuyo misterio construye su edificio

sententiam quærit ædificium : cuius assequen-
tes studium ac intellectum, abluere prius de-
bent animam, atque detergere, quemadmodum,
ut ait Athanasius, siquis intueri solis lucem
velit, oculos purgat, clarioremque reddit se ipsum,
ferme ad ejus quem cernere cupit similitudinem
mandans.

Hæc demum est altior Disciplina, quæ
asperis quibusdam difficultatum corticibus ob-
regit Sapientiam, quo profanos arceat, sicuti
exteriora favi conficiunt apes ex succis amario-
ribus, quod dulcissimum est recondentes in
intimis; cuius denique piis, salubribusque aquis
tingendus animus, non mergendus, elephan-
tium more, qui licet omnibus impense de-
lectantur, haud temere eos ingrediuntur, cum
natandi sint inscîi.

Verum enimverò omnia hæc, et alia hu-
jusmodi quæ vel ii norunt satis, qui prima
etiam

cio con la fé, segun la expresion de San Basilio el Grande: cuyo estudio obliga á los que lo emprenden, á labar antes y purificar el Alma, asi como dice San Atanasio, si alguno quiere mirar la luz del Sol, limpia primeramente los ojos, y se hace á si mismo mas despejado, disponiéndose casi á semejanza de aquello que pretende vér.

Esta es en fin la mas encumbrada Ciencia, que baxo de unas asperas cortezas de dificultades oculta la Sabiduría para alexar á los profanos, al modo que las abejas construyen lo exterior de sus panales, con los jugos mas amargos, ocultando en lo interior lo mas dulce. Ella es por último la de cuyas piadosas y saludables aguas se ha de teñir, no sumergirse el ánimo, á imitacion de los Elefantes, que á pesar de su deleite sumo con los rios, unicamente entran á ellos con mucha precaucion, por no saber nadar.

Todo lo expuesto, pues, y otras qualidades semejantes, que concien sobradamente los que han saludado aun los primeros umbrales

C. de

etiam Theologiæ salutarint limina, confluunt in laudem adeo sublimis scientiæ, cæterarum reginæ ac magistræ, quin ducam opus amplius super his nunc immorari, nè vobis generem fastidium, aut momenta desint cæteris agendis.

De Canonici autem Juris studio quid dicam? Cum affine id esse Scientiæ Theologicæ, plurimasque materias utrique esse communes, quin et ex iisdem solvendas principiis ignoret nemo, qui utriusque vel modica fruatur notitia; attestante pio æquè ac docto viro Joanne Gersonio, per quadringentos inclusive annos, et amplius sic fuisse gubernatam Ecclesiam, ut distinctio non esset Theologorum, ac Canonistarum, nam, si bene inspiciamus, nihil sunt Canones, nisi elicitiæ vel illatæ conclusiones ex Theologiæ principiis, ex Evangelio scilicet, et aliis canonicis Libris, etiamsi multa hisce in materiis occurrant passim, in quibus versatur plurimum Juris Ecclesiastici, sive Disciplinæ, ex Canonibus

et

de la Teología, se agolpan para el elogio de tan sublime Ciencia, reyna, y maestra de las demas, sin que Yo crea necesario detenerme mas sobre esta materia, para no ocasionaros fastidio, ó cercenar el tiempo á los demas puntos de que he de tratar.

¿Mas que diré á cerca del estudio del Derecho Canónico? Como que ser él relacionado con la Facultad Teológica, y comunes á ambos muchos objetos que aun deben desatarse por unos principios mismos, nadie lo ignora que posea de uno y otro aun mediana noticia: asegurando el piadoso igualmente que Sabio Juan Gerson, que por el espacio entero de quatrocientos y mas años se gobernó de tal modo la Iglesia, que no se reconocia distincion entre los Teólogos, y Canonistas, pues si bien se mira, no son mas los Cánones, que unas conclusiones extraidas, ó derivadas de los principios de la Teología, es decir, del Evangelio, y de otros Libros Canónicos, aunque ocurran á cada paso en estas materias muchos artículos, en que se versa especialmente el Derecho Eclesiástico, ó la Disciplina, y que deben deducirse de los Cánones,

et positibis statutis, non ex sacris Voluminibus,
aut Theologiæ principiis hauriendum.

Hujus ædopol prudentia Juris luculentius in altum tollitur, ex eo tantummodo, quod describi exactius liceat ad rei naturam plene per causas demonstrandam, collectionem regularum ex Sacris Scripturis, Sacrosanctis Consiliis, Decretis, Decretalibus, ac Constitutionibus Summorum Pontificum, Sanctorum Patrum sententiis, traditoque ac recepto Ecclesiæ usu, certa metodo digestarum, quibus Ecclesiastica Disciplina, et Christianæ vitæ norma continetur, ad verum Dei cultum, morumque probitatem in hac vita, æternamque in futura salutem efficaciter assequendam.

Pretium istiusmodi studii, in his Aulis sæpesæpius pertractati, clarius est meridiana luce; cui, si adjungatur, (juxta mentem, jamjam Superioritati propositam, venerabilis carissimique ergame Parentis mei Ambrosii, in hoc Limano Prætorio Senatoris, cujus voce nunc affor omnia, prout æstuat Cerdanius litterarum amore boni

ó Estatutos positivos, y no de los Sagrados Libros, ó de los principios de la Teología.

Verdaderamente una tal Jurisprudencia se ensalza con mayor esplendor, al solo poder definirla con mayor exâctitud, á fin de manifestar cumplidamente su naturaleza por sus causas, una Coleccion de reglas sacadas con cierto método de las Sagradas Escrituras, Sacrosantos Concilios, Decretos, Decretales, y Constituciones de los Sumos Pontífices; de las Sentencias de los Padres, del uso enseñado, y recibido de la Iglesia, en las quales se contiene la Disciplina Eclesiástica, y la norma de la vida Christiana, para conseguir eficazmente el verdadero culto de Dios, y la rectitud de costumbres en esta vida, y la eterna bienaventuranza en la venidera.

La importancia de semejante estudio frecuentado en estas Aulas está mas clara que la luz del medio día: y si á el se añadiese, (segun los designios, ya propuestos á la Superioridad, de mi venerado y querido Padre Ambrosio, Oydor en esta Real Audiencia de Lima, con cuyas voces me produzco enteramente ahora, á medida del amor ardiente suyo
acia

bonique communis aviditate): Si adjungatur, inquam, illiusmodi studio, vel in Scholæ cœtu, vel in privatis Laribus, vel in creanda adamussim Academia, investigatio sedula, æquoque suscepta criterio, ore tenus, et scriptis, super Æcunemicis, Sacrisque Ecclesiæ Conciliis, Lyturgia, Historia, ac Disciplina, recentiorique praxi, dum versentur oculis Pontificia Diploma: ta exequatur (ut ajunt) regio fulcita, compilationes Legum nostrarum, Schedulæ ac Rescripta Sacræ ac Catholicæ Majestatis; nil absdubio deerit; ut quicumque pedibus in hanc ierint methodum, Canonicum jus calleant penitus.

Jamjam ad jus Civile me confugio, Auditores humanissimi, ut est Universitatis scopus.

Hæc est revera facultas aere perennior, unde spiritus et vita redit Reipublicæ, et quam nequit diruere fuga temporum, et innumeralis annorum series. Ipsam rerum omnium parens natura eduxit. Ipsam earundem sedu-

ácia las letras, y su anhelo por el bien comun): Si se añadiese, vuelvo á decir, ó en la Asamblea de la Escuela, ó en los privados Lares, ó en la Academia, que se cree con la correspondiente exâctitud, la investigacion solícita, y dirigida con el justo discernimiento, de palabra, y por escrito, sobre los Ecuménicos, y Sagrados Concilios de la Iglesia, sobre la Liturgia, Historia, Disciplina, y mas reciente práctica, sin perderse de vista las Bulas Pontificias fortalecidas con el Real Pase, los Cuerpos de nuestras Leyes, las Cédulas, y Ordenes de la Sacra y Católica Magestad, nada faltará sin duda, para que los fieles observadores de tal método, penetren fundamentalmente el Derecho Canónico.

Ya me dirijo, oyentes muy benignos, al Derecho Civil, segun el Instituto de la Universidad.

Esta es realmente la facultad mas pèrenne; que el ayre, de donde adquiere la República espíritu y vida: á la qual no puede destruir la fuga de los tiempos, y la innumerable serie de los años. Produxola la Madre universal naturaleza. Abrazóla y nutrióla
la

sedula conservatrix industriosa necessitas amplexa est ac nutrit. Ipsam comitatur etiam pompa salutaris, solemnitasque haud inutilis, ita ut oraculi, et religionis absconditæ plena videatur, doctè, ut ita dicam, supersticiosa, blande rigida, suaviter imperiosa. Aliena si admisceat nil habet barbarum: noba si proferat nihil invidum, si colat vetera, nihil exosum: Si placidiora scètur, nihil leve, nihil asperum ac difficile, si amplectatur sequejora.

Quicumque vacat juri civili, divitias et bona augeat animi: privatæ consulit fortunæ, publicæ insudat utilitati. Hoc præsidio socios et amicos in foedere retinet, cives caritate devincit, rerum æquabilitate allicit exteros, barbaros culturâ lenit atque excolit. Per ipsam tuta est ubique innocentia, timidum ubique scelus, injecta fræna vaganti licentiæ, non destituta præmio virtus, non defraudatum fide commercium.

Quid

la industriosa necesidad, vigilante conservadora de todas las cosas. A ella acompaña una pompa saludable, y una no inútil solemnidad, de suerte que se presenta llena de oráculo, y de misteriosa religion: doctamente, para explicarme así; supersticiosa, blandamente rigida, suavemente imperiosa. Si mezcla cosas ajenas, nada tiene de bárbaro: nada de malicioso, si las profiere nuevas; si honra las antiguas, nada odioso: nada libiano, si adopta las mas agradables: nada aspero, y difícil, si abraza las mas severas.

Qualquiera que se dedica enteramente al Derecho Civil, acrecienta las riquezas, y los bienes del ánimo, consulta á la particular fortuna, se fatiga por la pública utilidad. Con tal guarnicion mantiene en alianza á los Socios, y á los Amigos, enlaza con el amor á los Ciudadanos, suaviza y pule con la cultura á los Bárbaros. Por su medio está en todas partes segura la inocencia, tímida siempre la iniquidad, puesto freno á la vagante licencia, no destituida de premio la virtud, no defraudado el Comercio de la buena fé.

D

Pues

Quid ergo plura? Sapientes alloquor
apud quos dum frequenter manus apponitur Legi-
gibus, Compilationi Corporis Romani juris,
Senatus Consultis, Decretis, Plebiscitis, Magis-
tratum Edictis, Institutionibus, moribus, re-
bus judicatis, abest procul, ut labrusca pro-
avis gignatur, cum veram æquamque, non
fucatam Jurisprudentiam amplectantur.

O utinam, Dii faxint, radicitus sta-
biliatur in perillustri hac Civitate, juxta jam
memorati Parentis mei vota, Academicorum
coetus, ubi Fori praxis pertractetur strenuè,
adjungaturque Compilationum Hispanarum, In-
dicarumque, ac peculiarium regaliū Rescrip-
torum elucidatio: prout expedit omnes gentes
Romanis Legibus justitiæ et æquitatis tamquam
oraculis dare operam, sed suis vivere.

Ube

Pues para que mas ? Hablo á unos Sabios, entre quienes, al manejarse frecuentemente las Leyes, la Compilacion del Derecho Romano, las Consultas del Senado, los Decretos, Plebiscitos, Edictos de los Magistrados, las Instituciones, las costumbres, las cosas juzgadas, está muy lexos el que se crie labruzca en vez de uvas, como que profesan la verdadera, y equitativa, no la afectada Jurisprudencia.

Ojala quiera el Cielo, se establezca radicalmente en esta Ciudad, segun los deseos de mi ya mencionado Padre, tambien propuestos á la Superioridad, una Asamblea de Académicos, donde se trate diligentemente la práctica forense, y se sobre-añada la ilustracion de las Recopilaciones de Castilla é Indias, y de las particulares Reales Cédulas, segun conviene que todas las gentes se apliquen á las Leyes Romanas, como oráculos de justicia y equidad; pero que vivan baxo de las suyas propias.

Mas

Uberior solidiorque tunc erit proculdubio Jurisperitorum messis, Themidisque cultus, vos bene videtis Auditores.

Prodeat nunc Philosophia sapientiæ amor ac studium, vitæ dux, virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum, animi cultura, cordis medela, mentis lumen divinarum particeps rerum, trutina veritatis, clypeus disciplinæ, naturæ magistra.

Omnia hæc et alia istiusmodi cumulatim assequuntur, qui Philosophicum sectantur studium, sive Philosophiam spectemus scientificam cognitionem divinarum omnium, humanarumque rerum per causas, sive partitionis gratia, animo obversetur Dialectica, quasi ars cogitandi per rationem, Logica ad intelligenda omnia mentem dirigens, Physica eidem ostendens latentes naturalium rerum causas et effectus, Metaphysica denique intentionalis realisque ad altiora, subtilioraque erigens meditanda.

In propatulo est, magnopere habendam in deliciis Philosophiam, cæterarum om.

Mas abundante y sólida será entónces sin duda la cosecha de Letrados, y el culto de la Diosa Temis, bien lo veis vosotros, mis oyentes.

Salga ahora á plaza la Filosofía, amor y estudio de la Sabiduría, guia de la vida, indagadora de la virtud, azote de los vicios, cultivo del ánimo, medicina del Alma, lumbrera del entendimiento, porcionera de las cosas divinas, balanza de la verdad, escudo de la Disciplina, maestra de la naturaleza. Todas estas ventajas, y otras semejantes grangean á montones, los que siguen el estudio Filosófico, bien se mire la Filosofía como conocimiento científico de todas las cosas divinas y humanas, por sus causas, ó bien para proceder con distincion, se presente al ánimo la Dialéctica como arte de discutir por razon, la Logica dirigiendo la mente á la inteligencia de las ocultas causas y efectos de la naturaleza; la Metafisica, en fin, intencional y real elevando á meditar lo mas alto y sutil.

A la vista está deber mirarse como sumamente deleytosa la Filosofía, puerta de

omnium scientiarum januam, ut tenet recta
methodo regia hæc Schola, ubi dum aversentur
penitus horrendæ sententiæ, quas hæud pridem,
sub venerabili, sacrilega tamen impietate usur-
pato Philosophiæ nomine, nonnulli venum iere
nefarii Scriptores, neminem fugit, Dialecticæ
ac Logicæ expertibus ac ignatis nefas esse sine
obscuritate et fallacia genus ac speciem cujus
cumque rei secernere, eam definiendo expli-
care, inque partes tribuere, quæ vera, quæ
sint falsa judicare, consequentia observare,
repugnantia videre, ambigua distinguere: Ubi
quoad Physicem, et Methaphysicam spectat,
ambabus omnes id amplectuntur ulnis, per-
fecti consumatique iudicii virum dedecere, ea
nosse parum vel prorsus nihil, quæ neglecta,
fatuitatem, si necessaria sunt, si utilia, im-
prudenziam, rusticitatem denique arguunt, si
sint delectabilia, cum misera sit, sicca, pal-
lida, nullo unquam usu commendabilis, et
infelici macitudine collabescens Doctrina, quæ
in ambitu suo arctè se continet, et ad alie-
nos fines timida non excurret.

Quæ

todas las demas Ciencias, segun el recto método con que se aprende en esta Real Escuela, donde, detestadas enteramente las abominables máximas, que en estos últimos tiempos han vendido algunos malvados Escritores, baxo del venerable, pero sacrilegamente usurpado nombre de Filosofía, á nadie se oculta, que á los inexpertos é ignorantes en la Dialectica, y Lógica es imposible dividir sin obscuridad y engaño el genero, y especie de cada cosa, explicarla definiendola, distribuirla en sus partes, discernir lo verdadero de lo falso, observar las conseqüencias, vér las repugnancias, distinguir las ambigüedades: donde por lo respectivo á la Física, y Metafísica, todos están uniformemente convenidos en ser indecoroso á un hombre de perfecto, y consumado juicio, saber poco ó nada de aquello que omitido, arguye fatuidad, en las cosas necesarias, imprudencia en las provechosas, rusticidad en las deleytables; como que es una miserable, seca, pálida, nunca recomendable en su uso, é infelizmente insubstancial sabiduría la que se limita á su estrecho ambito, y por timidez no hace excursion á los agenos límites.

Lo

Quæ dicta sunt hucusque de rationali Philosophia præcipuum sibi vendicant locum in Morali Philosophia, pulcherrima sane Disciplina, adeoque sublimiori, quatenus in Theologorum messera solet adscribi.

Æquissimo quidem jure navat operam hæc Schola Ethicæ, cujus dum sit scopus hominis voluntatem ad verum bonum adducere, onus est Magistro, mentis humanæ indolem, hominum mores ac vitia, horumque signa ac characteres, naturam item boni, tum generatim, tum in specie Summi illius ac præstantissimi, cujus in possessione vera est posita felicitas, itemque ejus effecta, in quibus virtus et animi eminet tranquillitas, cognitionem denique sui ipsius, et reliqua, quæ recta ratio demonstrat media ad veram beatitudinem adspirandi, ita explicare, ut, quod moralem Philosophiam imbibituro necessum sit, nihil omnino prætermittatur.

De

Lo que hasta aqui se ha dicho acerca de la Filosofía racional se apropia principal lugar respecto de la Filosofía Moral, ciencia realmente hermosísima, y tanto mas encumbrada, como que suele reputarse entre los objetos de los Teólogos.

Justisimamente profesa esta Escuela el estudio de la Etica, en la qual siendo su designio encaminar la voluntad del hombre al bien verdadero, es obligacion del Maestro explicar la índole del entendimiento humano, las costumbres, y vicios de los hombres, sus señales, y caracteres; la naturaleza del bien asi en general, como especialmente de aquel Sumo, y aventajadísimo, en cuya posesion está vinculada la sólida felicidad: igualmente sus efectos en que sobre-sale la virtud y la tranquilidad del ánimo; el conocimiento en fin de uno mismo, y todos los demas medios que demuestra la recta razon para alcanzar la verdadera bienaventuranza, de manera que nada se omita de quanto es necesario saber al que ha de embeberse en la Filosofía Moral.

E

Co

De Medicina post hac locuturus, memorare sufficiat Aristotelis dictum, ubi desinit naturalis Philosophus, ibi incipere elegantem Medicum, asserentis: Ut enim plantæ radices suas in terra habent fixas, per quas suscipiunt alimenta, conservantur attamen ambientis aeris temperie, et vitali vegetantur syderum influxu, ita quoque homines curandi ars sacra, principia et fontes petit ex media Philosophia, qui dein peculiaribus Medicinæ confirmantur præceptis.

Medicina nihil aliud est mehercle, quam particularis quædam, et objecta sensibus Philosophia naturalis: Physicus namque omnia universim naturalia corpora, atque etiam humanum considerat scientiæ causa: Medicus attamen circa corpus tantummodo versatur humanum, non ut sciat solum istius naturam, sed ut ex hac potius cognitione, modum operationis eruat et actionis, adjecto usu, medicaminum præsertim efficacissimo magistro.

Quale ac quantum sit Medicinæ pretium

stu-7

Correspondiendo hablar en adelante acerca de la Medicina, baste traer á la memoria el dicho de Aristóteles, quando asegura, que donde cesa el Filósofo natural; alli empieza el Médico prolixo: Pues asi, como las plantas tienen sus raices fixas en la tierra por las que reciben alimento, pero se conservan con el temple del ayre ambiente, y se vegetan con el vital influxo de los Astros, del mismo modo el sagrado arte de curar á los hombres, extrae de la intima Filosofia principios y fuentes, que despues se fortalecen con los peculiares preceptos de la Medicina.

No es ciertamente la Medicina mas que una particular Filosofia natural presentada á los sentidos: Pues el Físico considera los cuerpos naturales en general, y aun el del hombre por razon de ciencia: Mas el Médico se ciñe al cuerpo humano, no solo para comprehender su naturaleza, sino tambien para derivar mejor de este conocimiento los términos de operacion y de accion, con el auxilio de la experiencia, maestra principalmente eficaz de los remedios.

Qual, y quan grande sea el precio
de

studii, adjuvandi sedulo Anatomicis, utcumque necessariis, scrutationibus, te neutriquam later, Academia sapiens, ubi nihil est quod desit pro recta Scientiarum instituenda ratione, unde exaltat Disciplina caput Medicorum, in conspectu Magnatum collaudanda; Medicorum sane propter necessitatem honorandorum, quorum ope Medicina omnis apponitur ægrotis de terra ab Altissimo procreata, quam non adhorrebit vir sapiens: cujus extat virtus ad agnitionem hominis; in qua demum curans Physicus mitigabit dolorem.

Si hæccine debentur laudes ac honores Scientiis hucusque collaudatis, neminem vestrum, nisi aut tardiori fuerit ingenio, aut ignarus artis osor affectu præpeditam habuerit mentem fore existimem, qui divinorum Mathematicarum, quæ hac in Schola pertractantur etiam, puritatem, evidentiam, ac sublimitatem non miretur, et ob utilitates innumeras inde in humanum genus redundantes, de ipsis præclare non sentiat.

Men-

de la Medicina , exáctamente auxiliado como corresponde con las especulaciones Anatómicas , no te se oculta , Academia sábia, donde nada falta para enseñar con recto método las Ciencias , de que proviene , erija la Sabiduría la cabeza de los Médicos , con derecho á ser elogiada en presencia de los Magnates de los Médicos dignos de ser honrados por la necesidad : con cuyo auxilio se aplica á los enfermos toda medicina criada de la tierra por el Altísimo , la qual no mirará con horror el Varon Sabio , como que su virtud está sujeta al conocimiento del hombre , y el alivio del dolor será fruto de la aplicacion que de ella hiciere el Físico.

Si tales alabanzas , y honor se deban á las Ciencias hasta aqui recomendadas , no juzgo haya entre vosotros alguno , á no ser del mas tardo ingenio , ó un preocupado aborrecedor ignorante del arte , que no admire la pureza , evidencia , y sublimidad de las divinas Matemáticas , que se tratan tambien en esta Escuela , y no forme de ellas el mas ventajoso concepto , por las innumerables utilidades que atraen al linage humano.

Real-

Mentem profecto humanam valde perficit Mathesis, acuit iudicium, ad Philosophiam, aliaque studiorum genera, et latius, et profundius, et utilius tractandum instruit, ad solidiorem doctrinam adminicula inexpectata suppeditat, maximas ad vitam affert utilitates.

Quotquot humanæ ipsius mentis vires agnoscere student, earumque usum scrutari gestiunt, ad Mathematicam culturam sunt invitandi, utut patent latissime Mathematica studia.

Ostendet Algebra atque Geometria nihil esse tam abditum quin detegatur. Docet Astronomia cum Geographia, nihil esse à sensibus hominum adeo remotum, quin id satis distincte cognoscere, et accurate dimetiri valeamus. Testabitur calculus Astronomicus quanta certitudine futura Cœli Phenomena prædicere liceat. Optica cum Astronomia discrimen inter representationes rerum in intellectu, et in imaginatione monstrabit. Arithmetica, Trigonometria, et Analysis generatim suppeditabunt

re-

Realmente perfecciona mucho la Matemática el entendimiento del hombre: aguza el juicio; encamina á la Filosofía, y otras clases de estudios con mayor extension, profundidad, y provecho: franquea inesperados auxilios para la mas sólida enseñanza, atrae á la vida inmensas utilidades.

Todos quantos apetecen conocer las fuerzas del entendimiento humano, y se deleitan en rastrear su uso, deben ser invitados al cultivo de las Matemáticas, segun la extension dilatadísima de los Estudios Matemáticos.

Descubrirá la Algebra y la Geometría, que nada hay tan escondido que no se manifieste. Enseñará la Astronomía con la Geografía, que nada existe tan remoto de los sentidos de los hombres, que no podamos conocerlo con bastante distincion, y medirlo con exâctitud. Testificará el Cálculo Astronómico con quanta certeza es lícito pronosticar los venideros fenómenos del Cielo. La Optica con la Astronomía hará vér la diferencia entre las representaciones de las cosas en el entendimiento, y en la imaginacion. La Aritmética, la Trigometría, y el Analisis

mi

regulas, quibus in inveniendō dirigatur intellectus, et una cum sensibus compescatur imaginatio ne meditationes turbet.

Quanta demum vis, sit Mathematica in naturali Scientia, ex Statica, Mechanica, Machinaria, Metallurgia, Hydrostatica, Aerometria, Hydraulica, Optica, Catoptrica, Astronomia, et Geographia, abunde perspicitur, quin nemo ullus ire possit inficias, in eadem ipsa naturali Scientia ad certitudinem seu evidentiam deveniri, dominiumque in res creatas obtineri, si ad Physicam applicetur Mathesis, cui maxima est felicitatis humanæ pars superstructa.

Jamjam propositæ commendationi Instituti Studiorum hujus regiae Scholæ imponat coronidem Rhetoricæ: Rhetoricæ, inquam, polior animi cultura, ars prima, juxta Marcum Tullium, una de summis virtutibus, quæ sacra ac venerabilis, quæ perhibetur esse rerum publicarum gubernatrix, scientia potens, quam autu-

ministrarán reglas generales, con que para la invencion sea dirigido el entendimiento, y juntamente con los sentidos se contenga la imaginacion para no turbar las meditaciones.

Quanta sea en fin la fuerza de las Matemáticas en la Ciencia natural, se reconoce abundantemente por la Estática, Mecánica, Maquinaria, Metalurgia, Hidrostática, Aerometría, Hidraulica, Optica, Catoptrica, Astronomía, y Geografía, sin que nadie pueda dudar, que en la Ciencia natural misma, se llega hasta la certeza ó evidencia, y se adquiere dominio sobre las cosas criadas, si á la Física se agrega la Matemática, á que está vinculada una muy principal parte de la felicidad humana.

Ponga ya fin á la recomendacion propuesta del Instituto de los Estudios de esta Real Escuela, la Retórica: la Retórica vuelvo á decir, cultivo el mas fino del animo, ante primo, segun la expresion de Marco Tulio, una de las sumas virtudes, que sobre ser sagrada y venerable se ostenta gobernadora de los Estados, ciencia poderosa

F

que

autumat Cornelius Tacitus cæteris aliarum ar-
tium incubationibus esse anteponendam ; in
qua est præsidium simul et telum , et quo
pugnare pariter , et nitescere quis possit : quæ
flexanima , quæ omnium rerum regina à lu-
culentis Scriptoribus nuncupatur , qua qui est
præditus inter homines , ut ita dicam Divus
putatur : qua denique efficitur , ut reliquis tan-
tò præstemus hominibus , quanto homines bes-
tiis antecellunt.

Quibus autem amplius extollam lau-
dibus Rhetoricam , seu bene disserendi ratio-
nem , cujus est Dialectica soboles , et tam-
quam membrum quoddam adnascens : Vobis
omnibus , viri insignes , notum esse non du-
bito , quanto ea apud cæteras valeat artes.
Illud tamen aliarum scientiarum pace dicam ,
quod omnes veræ Disciplinæ sine hac una
jejunæ , et non satis ornatae habeantur , Rhe-
toricemque ad cæteras facilius ducere Doctri-
nas , quibus nihil unquam utilius , nihil dig-
nius homini à Patre hominum tributum est.

Illud

que afirma Cornelio Tácito deber anteponerse á la incubacion de las otras facultades, donde hay juntamente defensa, y arma para poder con igualdad combatir, y brillar: que es llamada por ilustres Escritores triunfadora de los ánimos, y reyna de todas las cosas, con la qual quien está adornado, es tenido para decirlo asi, por divino entre los hombres; por la que en fin se consigue, que excedamos tanto á los demas nuestros semejantes, quanto preceden los hombres á las bestias.

Con que mayores alabanzas ensalzaré ya á la Retórica, ó al arte de disertar bien, de quien es la Dialectica una sucesion, y como un miembro que á él le nace? A todos vosotros Señores esclarecidos, no dudo sea notorio quan grande sea su poderio entre las demas artes. Sin embargo añadiré con licencia de las demas ciencias, que todas ellas sin esta sola quedarian ayunas, y no bien ataviadas, y que la Retórica dirige con mayor facilidad á las otras facultades, donde el mas útil, y digno que ha concedido al hombre el Padre de los hombres.

Tam-

Illud Jaddam etiam, disertum quolibet eloquentia, Patriam tutari consiliis, amplificare Sententiis, et amicis præsidium, et suis ferre ornamentum, inimicis timorem, terrorem hostibus incurere.

Illud apponam demum, præclaram magnopere atque divinam vim esse eloquendi, quæ primum efficit (ait Cicero) ut ea quæ ignoramus discere, et ea quæ scimus doceamus alios. Hac dein cohortamur, hac suademus, hac solamur affictos. Hac ducimus à timore perterritos, hac gestientes comprimimus. Hac cupiditates, iracundiasque restringimus: hac nos Juris, Legum, Urbium societate devincimur: hac à fera et immani vita segregamur.

Hæcine sunt, Auditores humanissimi, quæ colit, ac servat sedulò, Instituta, Limæna studiorum Schola. Hæc sunt Disciplinæ præstantissimæ, in quæ insudant Magistri, ac turba Scholasticorum.

Ora

También añadiré, que qualquier Sabio en la eloquencia defiende la Patria con los consejos, la engrandece con sus sentencias, auxilia á los Amigos, ensalza á los suyos, intimida á los contrarios, aterroriza á los Enemigos.

Añadiré finalmente, ser muy sobresaliente, y divina la fuerza de la eloquencia, que hace en primer lugar (dice Cicerón) aprender lo que ignoramos, y enseñar á otros lo que sabemos. Con ella á mas, amonestamos, persuadimos, y consolamos á los afligidos. Con ella desviamos del temor á los amedrentados, y contenemos á los desvanecidos. Con ella refrenamos las concupiscencias, y los enconos: nos enlazamos con la Sociedad del Derecho, de las Leyes, y de las Ciudades; Con ella nos alejamos de una fiera, y abominable vida.

Este es, oyentes muy benignos, el Instituto de los Estudios que profesa, y guarda solícitamente la Universidad de Lima. Estas son las muy aventajadas Facultades, en que sudan los Maestros, y la multitud de Estudiantes.

Ya

Orationi nostræ fugienda est jam vestra
satietas.

Hoc vobis attamen inculcandum semper
dixi, sic vobis consultum esse ambio, idque
vos ipsum sæpesæpius recordamini, quod in
geniorum vestrorum ferax conditio, majori
decòre splendet, ac mirifico in dies au-
gebitur incremento, si mecum omnes sic sen-
tiatis, diversa quibus hac in Schola patet ad-
itus studia, non utilia solum esse, sed appri-
me etiam necessaria ad capessendam verè
sapientiam.

Per Religionem ergo, per Patriam,
per consultissimum Academiæ istius Institutum,
per vos demum ipsos, Magistri ac Professores,
rogo obtestorque, Sacræ Scripturæ Co-
dices nocturna, diurna que manu versate. Om-
ni non contentione modo, sed dimicatione
etiam elaborate, ut Theologiam, Jus Ecclesias-
ticum, ac Civile solidiori qua possit fieri me-
thodo consectemini. Totis vos deditote viribus
in rationalem Philosophiam, naturalem, et
Ethicem. Omnes industriæ nerbos in Mathesim,
Rhetoricemque contendite.

Sic ubi

Ya se debe cautelar por esta Oración vuestro cansancio.

Creo, sin embargo, oportuno inculcaros siempre, anhelo por que así penseis, y recordad sin cesar entre vosotros mismos, que la feraz condición de vuestros ingénios, brillará con mayor belleza, y se aumentará de día en día con admirables creces, si conviniereis todos conmigo, en que los diversos estudios á que está franca la entrada en esta Escuela, no son provechosos solamente, sino tambien esencialmente necesarios para adquirir la verdadera Sabiduria.

Por la Religion, pues, por la Patria, por el muy acertado Instituto de esta Academia, por vosotros mismos, Maestros y Profesores, pido é imploro, manejeis día y noche los Libros de la Sagrada Escritura. Trabajad no solo con empeño, sino con porfía por aprender la Teología, el Derecho Eclesiástico, y Civil con el método mas sólido posible. Entregaos con todo vuestro esfuerzo á la Filosofia racional, natural, y á la Etica. Emplead todo el poder de la industria ácia la Matemática, y Retórica.

De

Sic revera vos
ipsi publico Ecclesiae et
Statu bono, suæque
pariter de nomine ves-
tro expectationi satis
abs dubio facietis.

Equidem ad
me quod attinet, si ves-
træ de me parum cu-
mulate responderim, aut
suavissimas adeo Disci-
plinas, insuaveis ego di-
cendo reddiderim, su-
ppliter oro ignoscatis,
dum uberiori annorum
proventu, copiosiora
longe iis officia exigere
à me jure optimo pos-
sitis.

De este modo
à la verdad satisfareis
sin duda al público bien
de la Iglesia, y del Es-
tado, é igualmente à su
esperanza en vuestro
nombre.

Realmente por
lo que à mi toca, si
hubiere correspondido à
la vuestra poco cumpli-
damente, ó vuelto yo in-
gratas con mi produc-
cion unas Ciencias tan
sumamente deliciosas,
os ruego rendidamente
disimuleis, hasta que con
el mas fecundo adelan-
tamiento de los años, po-
dais exigir de mi con
razon mas cumplido de-
sempño que el presente.



Esta pequeña Pieza formada entre las diversas, y preferentes atenciones de un Destino laborioso, con solo el objeto de que sea accesible á la inteligencia de un tierno Joven, á cuya instruccion aspira el verdadero amor Paternal por medio de unas noticias, que aunque generales esparzan buenas semillas acerca de las Ciencias recomendadas, podrá acaso sufrir la nota de algun Censor poco indulgente, que eche de menos en la Oracion Latina el empleo de todas las bellas gracias de la eloqüencia Romana.

Si el designio ya indicado no atraxese dispensa en esta parte, la grangeará acaso el tentado, de someter, y acomodar la lengua latina al ayre, y maneras de la Castellana, que es su primogénita, de suerte que se dude si es version literal de ella su Madre misma.

Nunca será superflua, ó inoportuna esta nota, donde se descubre la idea propuesta en la formacion de una corta Obra, que se presenta á la luz pública.

* * *

En primer lugar, para formar entre las diversas
y diferentes maneras de ser humano lazos
con el objeto de que sea necesario a la
inteligencia de un mismo fin, a una misma
cosa, como el verdadero amor humano por me-
dio de una misma, que sea que gradualmente es-
paresca lazos familiares entre las diversas
recomendadas, podrá decirse que la cosa de al-
gun valor por sí misma, que sea de menor
en la misma manera el objeto de todos los
deseos, gracias de la filosofía humana.
Si el deseo que todos los hombres
tienen en una misma, la verdadera, como es
revelado de la misma, y como es la misma
el amor, y como es la misma, que es
la verdadera de la misma que se dice a la ver-
dad, como es la misma.
Nada más importante, o importante en
esta, como se dice la idea propia en
la formación de una cosa, que se forma
en la misma.

FEE DE ERRATAS.

Pagina.	Linea.	Se lee.	Debe decir.
1.	1.	Excellentísimo.	Excellentissimo
	8.	Comendatori.	Commendatori.
	9.	Probatísimo ..	Probatissimo.
	10.	Perubii. . . .	Peruvii.
	11.	Udcumque. . .	Utrumque.
2.	2.	ingressi . . .	ingressi.
5.	1.	ha	he
10.	18.	occupat, et . .	occupat, absor- bet, et.
11.	1.	quando. . . .	quanto.
17.	20.	deribadas. . .	derivadas.
18.	1.	positibis. . .	positivis.
22.	5.	Æcumenicis .	Oecumenicis.
22.	7.	noba	nova.
23.	9.	nuebas. . . .	nuevas.
26.	22.	elebando. . .	elevando.
27.	15.	juditii. . . .	judicii.

